

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

**Puente, Luis de la  
Coloniæ Agrippinæ, 1626**

§. 2.

<urn:nbn:de:hbz:466:1-45802>

h R. 8. 26.

quæ aditum patefacit ad agendum familiaritet cum Deo! Sed quid in  
rum, quod hoc præstet continentia, quæ animam ipsam (ut paulo infra  
videbimus) ad sponsa Dei eleuat dignitatem? cui propterea nulla est occlo-  
sa porta, quandocunque velit cum suo sponso conuerari; & eum h. S. I. S.  
sanctus existat in omnibus iustis, qui sunt eius templum, excitans illos ado-  
randum clamoribus & gemitibus mensurabilibus: potiori iure erit in Virg-  
nibus & continentibus, quæ se in viuum eius templum consecravit:  
lisque orationis donum inspirabit, qua castitatis suæ ornamentum imp-  
trent, & protectionem: cum enim eaedē grauiter oppugnetur: non poter-  
abique orationis armis protegi, ac defendi.

§. 2.

PREDICTAS continentia excellentias ultra modum extulit Isaías Pro-  
pheta ad consolationem continentium, quos vocat Eunuchos, obes-  
defectus, quos pati videntur: eò quod nuptijs renuncauerint. Qui defec-  
tus, ut plurimum sunt t. c. S. Solitudo scilicet: eò quod societate viri aut vi-  
oris careant, qui subsidio & auxilio ipsis sint in aduersis; sterilitas, eò quod  
prolibus caret, quæ ipsis exhilarant, & in quibus ipsorum memoria per-  
maneat: ex qua sequitur tertius, quod scilicet familia successio finiatur;  
nomen, quod in terra habere poterant, p. c. reat. Sed quid Deus dicit per  
Prophetam. a ne dicat Eunuchus: ecce ego lignum aridum. quia haec dicit Di-  
minus Eunuchus: qui custodierint Sabbatham mea, & elegent quæ ego volui, &  
nuerint fædus meū: dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen meu-  
a filius & filiabus; nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. Hoc enim de-  
re voluit: noli tristari anima, quæ perpetuam colis castitatem, quasi fructu  
in mundo maneras tanquam arbor arida, & absque ullo fructu. Si enim tu  
Castitati custodiā addideris legis meæ, & reliquas virtutes: ego te faciam  
arborem viridem, ad aquarum fluentia plantatam, feresque fructus dulci-  
res, magis que glotiosos, quam si filioram multitudinem haberes na-  
collocabo te intra domum meam: ubi nunquam tibi incunda mea societas  
desit; & intra muros Ecclesiæ meæ militantes ac triumphantis loco dabo  
eminenterem, quam conjugatis, qui fructum profert multorum filio-  
rum; & nomen, famamque valde gloriosam, quæ non finietur tempore, sicut  
illa finitur, quæ per matrimoniū & proles obtinetur. et enim nomen  
ternum, quo in celo meo semper frueris.

Hoc genus Continentium (air Sanctus Hieronymus) videtur sterile  
sed re ipsa non sterile, sed valde fœcundum est: expugnat enim regnum co-  
lorum illudque violenter rapit: hoc festa semper custodit, nunquam at-  
tendens ad carnalium nuptiarum opera. Idem eligit quod Deus vult; plus  
præstans, quam inbeat. Nam etiam consilia amplectitur. idem custodi-

2. Isa. 56. 3.

Deus pro-  
mittit Ca-  
stis eminen-  
tiorem lo-  
cum in celo  
quam con-  
tingat.

S. Greg. 3. p.  
Past. admo-  
nit. 29.

in Isa. 56. &  
Epist. ad  
Philemon  
Casti calun-  
violenter  
rapiunt.

pactum sempiternum; quia non solum ad tempus abstinet, vt orationi se dedat; sed semper abstinet: quia eidem orationi semper se addicit. Et ita eminentem valde locum in templo, hoc est, in eius Ecclesia, occupat. Hoc intra muros domus Dei statio nem habebit valde celebreum: erit enim quasi turris fortissima, & gradu Sacerdotali dignum, ad plurimos spirituales filios, loco carnalium generandos. Hæc ( ait Sanctus Augustinus ) excellentia illa est, quam Isaías NOMEN appellat: nam quemadmodum homines, & agnoscuntur, & distinguuntur iuis nominibus: ita continentes distinguuntur quadam nomine ab alijs, non temporali, sed æterno: quod nunquam perit; nec est alijs commune, sed ipsorum proprium, cum singulari aliqua eminencia. & quandam hoc erit nomen, nisi ( vt ait Sanctus Basilius ) nomen quadam Angelicum, quod pro humano recipiet: vocabuntur Angeli in terra, & filii Dei per excellentiam, sponsæ diuini verbi, electa spiritus sancti templorum, parentes spirituales multorum filiorum, quos diuino suo sposo generabunt. Hæc sunt b. noua nomina, non inania, sed plena sanctitate; quam significant: quæ ( vt ait Isaías ) ipius met Domini o. nominavit, & c. scripta sunt ( vt ait S. Iohannes ) in celulo candido castitatis: vt sic eam remuneret, & honore affectiat ob præclaram eius victoriam.

Non itaque existimet continentis: se signum esse aridum & inutile: non enim est tale, sed arbor viridis, valde que frugifera, cuius fructus multum superant eos, quos alijs proferunt status. Coningati ( ait Sanctus Hieronymus ) d. dant fructum trigesimum, viduæ sexagesimum: duplicatum scilicet, propter suam continentiam; at virginis dant fructum centesimum, qui perfectionis valde excellentis est fructus. Quod si dixerimus cum alijs sanctis Patribus: fructu sexagesimum virginibus attribui, centesimum autem martyribus, vt pote eminentioribus: respondebit diuinus Ambrosius, laudans Virginitatem non eo solo nomine, quod in Martyribus inueniatur; sed quod ipsa, inquit, Martyres faciat. Et Sanctus Hieronymus: Castitatem bene custoditam, ait, suum proprium habere martyrium ex penitentijs & afflictionibus voluntarijs, quæ carnem cruciant: vt sit spiritui subiecta. Eadem facit etiam Martyres martyrio languinis: quia multæ Virgines sese offerunt ad sanguinem fundendum, vt puritatem & integratem suam conseruent. &, quod amplius est, multi illustrissimi Sancti sanguinem proprium fuderunt, vt alienati defendenter castitatem. Neque exiguum est indicium, quanti Deus illam faciat: quod voluerit, Apostolum & Evangelistam Sanctum Matthæum crudele sustinuisse Martyrium ob despositionem virginitatis Sanctæ Iphigeniae. ò Virginitas gloriofa, quæ tribus summa gloria laureolis coronatur: vna, propria obiecius integratem; & duabus alijs propter excellentias, quæ illam solent comitari: Docet enim tanquam Magister,

*L. de S. Vir  
gin. c. 25.*

*L. de vera  
virginitate.  
Spiritus  
sancti tem-  
pla casti sunt.  
b. Isai. 62.2.  
c. Apol. 2.17*

*Continen-  
tes fructus  
adferunt  
præstanti-  
simos.  
L. cont. Iou  
d. Mat. 13. 8  
S. Ang. lib.  
1. de qq. E-  
uan. c. 9. &  
S. Hieron. in  
Apolog. pro  
li corr. Iou.  
S. Tho. 2.2.  
q. 132. art. 5.  
ad 2.  
Amb. li. de  
Virginibus.*

veritatem filios, quos generat: quam ne amittat sanguinem suum, tanquam Marry profundit. Sed quoniam perpetua puritas per se ipsam est summa amplitudinis & gloriae: par erit fulti explicare speciales, quibus illa exotatur excellentias.

## CAPUT IV.

## SPECIALES STATVS VIRGINITATIS excellentie.

*Li. 2. de Vir-  
gin. in initio*

*Virginitatū  
status anti-  
quissimus.*

*I.  
Epi. 31. ad  
Siricūm.*

*Epi. 22. ad  
Eusebiūm  
de Cus. Vir.*

*2.  
Li. 1. ad ad-  
uers. louin.*

 OT SVNT, adeoque admirandæ Angelici Virginitatis statu excellentiae, ut insigniores Ecclesiæ tam Latinae, quam Græcae Sancti atque Doctores, Cyprianus, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Basilius, Chrysostomus, & alij similis attentius inuigilauerint in cōscribendis de ea libris quamvis, vt ipse S. Ambrosius dixit, omnes fuerint valde parcii in eius laudibus referendis, eò quod multo sint et celsiores, quam humana ratio affequatur. Honori sibi tribuant, dum vivent, eandem apud yniuersum populum prædicare: ostendentes exēplo suum quod illi commendabantur, ut fidèles audientes, & videntes: ad eandem affecterentur, & in sponsam accipere delectarētus: & parum sibi esse existimat, quod essent diuinæ huius vocationis instrumenta ad eos vocando, quia tunc viuebant, & aderant; scripsérunt etiam libros, quibus idem officium, sed absentes præstarent, etiā in saeculis futuris usque ad finem mundi, his igitur fontibus breuem quandam summam deducemus singularium: premæ huius virtutis amplitudinum: ut, qui eam possident, ex corde gaudent; & ad eandem conseruandam magis animentur. Ita tamen eius priuilegia referemus, ut non excludamus alia valde similia, quæ Castitatis perpetuae professionem comitantur, licet non habeant sibi coniunctam Virginitatis integratatem.

PRIMVM: si felicis virginitatis status antiquitatem aspiciamus, dicet nobis S. Ambrosius, nullum esse hoc statu antiquiore, & omnium esse primus. Nam prius, inquit, est, quod natilimus, quam quod effecti, electione scilicet nostræ voluntatis: natuitas enim facit Virgines, electio coniugatos. Ni contemno (inquit S. Hieronymus) nuptias tanquam malas, sed tanquam minus bonas: & eas potius laudo; sed eo nomine, quod mihi Virgines generat, ideoque ex spinis colligo rosas; ex terra aurum; ex conchilia gemmam; & ita ex matrimonio virginitas em.

IN statu innocentiae instituit Deus matrimonium: sed prius florebat virginitas, eaque durauit toto tempore felicis illius status. Adam enim & Ena, teste sancto Doctore, ante peccatum, & quam diu fuerunt in

Paradi-